



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

§. 27. Superbiam & cætera vitia capitalia vitanda docet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

*a* Aenea sunt Maria, abstergunt quæ crimina vitæ:

*b* Naufragus, ut captâ Tabulâ, se servat in undis,

*c* Securam reddunt sic, SACRAMENTA Salutem.

Hinc; si Tartareo, fueris superatus ab hoste,  
His armis victum poteris prosternere victor.

*a* 1. Paralipp. 18: *b* 2. Corinth. 5, *c* S. Hieronymus in Epistolis.

§. 27.

*Superbiam, & cetera vitia capitalia vitanda docet.*

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, *Iacobi* 4. v. 6.

Sicut in die honeste ambulemus non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, non in contentione & æmulatione, &c. *Rom.* 13. v. 13.

*a* Invidia, Ebrietas, Detractio, Murmur & Ira

*b* Luxuries, Fastus, Luxus, Gula, Rancor & omnis,

*c* Peccati soboles, fugienda est, aspidis instar:

D 2

*a* His

*a* Gal. 5. *b* Roman. 14. *Psal.* 100. *c* *E-*  
*cl.* 20.

a His vitiis merſi, exponunt ſe mille periculis  
Corporis atque animæ, raraque quiete fru-  
untur

b Nulla Deo vitii labes, plus diſplicet illâ,  
Quam ſibi præſumit, damnata ſuperbia men-  
tis,

Hæc olet ante Deum, foetetque cadaveris  
Inſtar,

c Luciferum hæc Cœlo, paradyſo extruſit  
d Adamum:

e Hinc, quæ eſt cauſa tibi, vili de ſemine nato?

f Serpentum ſocio, qui vermibus eſca fu-  
turus?

Exaltandi animum, criſtas attollere in altum!  
Cum nil ferme habeas, quod laudis nomine  
dignum:

g Si quid habere putes, Donis adſcribe ſu-  
pernis,

Quæ dantur, laudis Divinæ, ut gloria creſcat,  
Ni facias, temere Cœleſtem aſſumis hono-  
rem,

Invadiſque animo, quæ ſunt aliena rapaci:  
h Nulla, Dei mentem, elati compaſſio tan-  
git,

a Roma. 1. b Proverb. 16. c Apoc. 11.  
d Gen. 3. Job. 14. e Job. 17. f 1. Corinth. 4.  
g Iacob. 4. h Luca 1. Pſal. 138. *i* Hanc  
Vind  
a.

i Hanc gerit erga humiles, quibus est sub-  
missio cordis,

Que se demittit, propriis nec laudibus effert.

i *Cant. 1.*

§. 28.

*Vitam, & Passionem Christi meditandam  
docet.*

Aspicientes in Authorem fidei, & consum-  
matorem J E S U M, qui proposito sibi gau-  
dio, sustinuit Crucem, confusione con-  
tempta, recogitate enim eum, qui talem  
sustinuit à Peccatoribus, adversus seipsum  
contradictionem. *Habr. 12. v, 3.*

**F**asciculus Myrrhæ, Christi fit Passio a-  
mara

a Hans si animo grato, sincero & corde re-  
volvas,

b Fortis erit clypeus, contra adversantia  
quævis,

Hanc oculis præfige tuis, meditare frequen-  
ter.

Proderit, hæc animæ multum doctrina sa-  
luti,

c Quam factis docuit, verbum, Deitatis  
Imago,

Vindex peccati, æterni Sipientia Patris,

D 3

Dum

a. *Cant. 1. b Numer. 21. & 1. Petri 2.*